

oder sonstem herum schläget. Et quidni hoc aliquid magni esset? Annon magnum est pravis suis affectibus frena laxare, irae indulgere, ac se ipsum ulcisci? An paruum esse videtur, se aliorum officiis immiscere? Egregie hac de re loquitur B. Lutherus (a) Die Prediger sollen in diese geistliche Straffe oder Bann nicht mengen die Weltliche Straffe. Item b: Die lieben Prediger halten die Faust innen / und lassen das Schwerdt dem Käyser / allein der Zungen brauchen sie. Et eundem in modum Carpzovius (c) *poenas delinquentibus indicere non fas est Ministris Ecclesiae, nec Superintendencibus, quippe quibus nulla competit iurisdictio.* Neque quisquam hoc sibi per uaderi sinet, nisi qui prorsus ignorat, quam acerbe hoc vitium vindicari soleat.

Obiect. II.

§. 20. Dices: potestatem Episcoporum alios percutiendi, permultis tum Ecclesiasticis, tum politicis legibus ab Etpencao (d) probari. Resp. Leges illae agunt de Episcopis, potestate & iurisdictione politica gaudentibus, atque praefectis Monasteriorum, petulantes Monachos coërcentibus. Quapropter contra nos allegari nequeunt.

Obiect. III.

§. 21. Obiicit Eltius (e); locum nostrum cum illo 1. Tim. V. 1. *seniorem ne increpaueris*, esse parallelum. Resp. I. Vnde hoc probabitur? Quid obstat, quo minus Apostolus, prohibitis antea percussioibus, hoc loco Timotheum, ne in senes acerbe inuehatur, admonere queat? 2. Quid si dicerem, etiam hunc locum non de morali, sed de physica percussione agere? Equidem non ignoro, priorem sententiam esse communiorem; sed litera iterum pro me militare videtur. Compositum enim est verbum *ἰτιωλήθειν* ex *πλήθειν* & praepositione *ἰτι*, quae in compositione non raro auget. *Proprie*, inquit Eduardus Leighius (f) *denotat castigo, animaduerto, sed usurpatur etiam pro increpato.* Tim. V. 1. *Obiurgo quodammodo & verberare addito, ut metaphora subesse videatur.* Ut igitur non adeo male iudicent, qui hoc verbum ad pugnos & verbera referunt, velut Lamb. Danaeus (g) existimat.

§. 22.

a] T. 6. Germ. Altenb. f. 1239. (b) T. 5. f. 435. (c) *Jurispr. consist.* l. 3. tit. 7. Def. 81. (d) *c. l.* (e) p. 783. (f) *In Crit. Sac.* (g) in 1. Tim. 3 f. 492.